

*Nitrum.*

*Sal mari-  
num.*

*Antimo-  
nium.*

ryophyllis, aqua Mercurialis præstantissi-  
ma, oleum Sulphureum excellentissimum,  
& ex fecibus Sal educitur. Sic Nitrum in ar-  
quositate dispescitur, pinguedinem & sa-  
lem. Non secus ex sale marino producimus  
Mercurium  $\gamma$   $\lambda\upsilon\kappa\upsilon\tau\eta\kappa\epsilon\gamma\upsilon$ , dulces cristallos  
sulphureæ planè naturæ, & tandem ipsum  
sal fixissimum. Ita ex Antimonio elicatur  
Regulus, qui ejus Mercurius: *a* (Quòd si e-  
nim Mercurium præcipitatum, cinabari-  
lum, turbisatum, sublimatum, Mercurii no-  
mine dignamur: cur non & Regulum anti-  
monii; licet is modico sulphure sit coagula-  
tus: ) deinde rubrum sulphur, flammam  
concupiens: (quia valde volatile, ut videre  
est in calcinatione antimonii, & ejus reguli  
ad Solem, per speculum ardens, ubi sulphur  
statim flammam concipit: & in cinabari-  
confectione pulveris emetici) & tandem Sal  
qui vomitivus,  $\beta$  ratione sulphuris, quod in  
omni sale fixo reperitur; non autem ratio-  
ne sulphuris combustibilis: cum sulphur anti-  
monii per se sit diaphoreticum. Atque sic  
de cæteris mistorum resolutionibus idem  
esto judicium.

*a* Regulus elicatur quidem ex antimonio  
verum is non est ipse Mercurius, sed instar po-  
rui, ejus.

$\beta$  Vomiti-